



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

V. Se episcopus monasterium faciat, vel parochiana ecclesiam ditet,
quartam partem de rebus ecclesiae conferat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO
CHRISTI
655.

IV.

Sacerdotes, vel quique illi sunt, quibus eccle-
siasticarum rerum cura commissa est, quæcumque

12. q. 4. Sa-
cerdotes.
Iuo part. 3.
cap. 169.

administrationis suæ tempore emerint, si de rebus
propriis, vel vile, vel carum habuerint, ad ecclesiæ
nomen, cui præsumt, chartarum conficere instru-
menta procurent. Non enim conuenit, vt ecclesia

* quem

* quæ suscepit externum, efficiat in alieno diuitem,

& in suo retineat fraudatorem. Hi vero qui sua-
rum rerum noscuntur habere compendium, ex om-
ni re quam post ordinationis suæ diem visi sunt
conquisisse, siue nulla, siue aliqua sint instrumenta

* compen-
satione,
* habitu-
dine; al.
habitu-
ne, al. ha-
bita;

confecta, * compensata, tam iuris sui, quam eccle-
siasticarum rerum * ambitione; si se vtriusque rei
quantitas exæquauerit, inter ecclesiam, & dece-
dentis heredes æquo iure conquisitio pertinebit.

* maio-
rem etiã

Si autem quælibet pars maiori cumulo sui iuris ex-
creuerit, * etiam portionem in diuisione percipiet.

Quicumque vero de prædictis sacerdotibus, vel
ministris pro sui vtilitate atque amicitia vel præ-
statione, aut quocumque modo, aut per scri-
pturæ seriem, * meruerint a quolibet collata perci-
pere, in rebus ecclesiasticis non * poterunt nume-
rare: sed quod exinde voluerint facere, ipsorum
voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post
eorum mortem inordinatum fortasse remanserit,
ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister extitit, in
perpetuo vindicabit.

12. q. 44.
Quicūque
de sacerdo-
tibus.

* aliquid
mer.

* poterit

perire, in rebus ecclesiasticis non * poterunt nume-
rare: sed quod exinde voluerint facere, ipsorum
voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post
eorum mortem inordinatum fortasse remanserit,
ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister extitit, in
perpetuo vindicabit.

V.

* confi-
lium,

Bonæ rei dare * consultum, & præsentis habe-
tur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis

12. q. 2. Bo-
næ rei dare.
Iuo part. 3.
cap. 170.

expectari cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet, * ditare decreuerit, non amplius ibidem quam * quinquagesimam partem dare debet; vt hac temperamenti æquitate seruata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna graua non infligat. * Ecclesia vero quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis * magnificare voluerit * sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela seruata * vt tantummodo quæ placuerit ex his duabus * remunerandam assumat.

* ditauerit,
* quadragessimam* Ad ecclesiam vero
* magnificare
* scripturis,* vt vnam tant.
* remunerationem

V I.

12. q. 3. Episcopus si tertiam partem. Iuo p. 3. c. 171.

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, opportune duximus discernendum, vt si episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam nouit, aut ipsi ecclesiæ, cuius res esse patescit, aut alteri ecclesiæ, cui elegerit, conferre decreuerit, * & licitum maneat, & irreuocabile robur eius sententia ferat.

* & licita maneat,

V I I.

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus eius absque metropolitani cognitione vsurpare præsumant. Quod si is qui recesserit metropolitanus fuerit, * heredes eius, aut successorem illius, aut Concilium * sustinebunt: ne passim hereditatis adeundæ data licentia, de rebus ecclesiæ aut non

* heres
* sustinebit: